Nr. 1600.

CURRENDA VIII.

A. D. 1880.

L. 1363.

Rozporządzenie Wys. c. k. Ministerstwa Wyznań i Oświaty z d. 3. Marca 1880 l. 862 co do postępowania z kapitałami fundacyjnymi.

Z powodu niektórych nieprawidłowości, spostrzeżonych przy lokowaniu kapitałów fundacyjnych, polecił Jego Ekscelencya Pan Minister Wyznań i Oświaty wys. reskryptem z dnia 3. b. m. l. 862, ażeby względem fundacyi do Jego zakresu należących, czuwać nad ścisłem wykonywaniem przepisów istniejących dla zarządu kapitałów fundacyjnych, a w szczególności nad tem, by badano w każdym razie przy lokowaniu kapitałów fundacyjnych jak najściśléj prawne zabezpieczenie.

Jeżeli majątek fundacyjny jest lokowany w papierach wartościowych kwalifikujących się do elokacyi według istniejących przepisów, natenczas należy postarać się o bezzwłoczne dokładne zawinkulowanie tychże efektów wartościowych, oraz badawczo przestrzegać, by konwersyę kapitału nie przeprowadzano w niekorzystnéj chwili i nienarażano w ten sposób fundacyę na stratę co do kursu tejże efektów.

Również polecił Jego Ekscelencya Pan Minister wpływać w tym kierunku, ażeby w interesie kredytu Państwowego o ile możności lokowano w papierach rządowych rozporządzalne pieniądze fundacyjne. Ostatecznie zarządził Jego Ekscelencya Pan Minister Wyznań i Oświaty by we wszystkich wątpliwych i ważniejszych wypadkach odnoszących się do zarządu fundacyi dotyczących, zasięgać decyzyi Ministerstwa.

O czem się Przewielebny Konsystorz celem zastósowania się w danych wypadkach niniejszém zawiadamia.

Lwów dnia 26. Lutego 1880.

W zastępstwie *Orlecki*, m. p.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 8. Marca 1880.

L. 1253.

Notitia in causa novæ imaginis S. Thomæ Aquinatis.

Reflorescentibus in Aquinatis doctrinam studiis, haud pauci ecclesiastici viri sapientia et virtute perillustres auctores fuerunt, ut *Societas Litholeographica Mutinensis*, cui a S. Josepho nomen adhaesit, ejusdem Angelici Doctoris imaginem fere ad vivum deductam oleographice effingeret, quae in Seminariis atque scholis opportune prostaret. Sapienti sane consilio obtemperans Societas, manum operi libens admovit.

Qualis vero typus inter tot tantasque S. Thomae imagines, quas nobis exhibuerunt et B. Angelicus et Orgagna et Lippius et Trainius et Sanctius aliique magni nominis pictores, praeferendus esset, satis aperte indigitabant tum sapientes cl. P. Uccellii investigationes, cum perpetua Familiae Dominicianae traditio, nec non mirae pulcritudinis Battoniana pictura, quam Gregorius XVI ad lectum appensam servare consuevit, quaeque hodie pinacothecae Em. Bartolinii Patris Cardinalis decus adjungit.

Nova igitur effigies, ad typum quod attinet, ab exemplari quod Viterbii existit, deducta est, opportunis, tamen quoad partium dispositionem, variationibus introductis. Habes namque Doctorem Angelicum dextera manu calamum tenentem, oculosque in Christi imaginem elevantem, ac si inde sublimes sapientiæ afflatus hauriret, diceretque — *Inde mea scientia omnis.* Jamque ex venerabili vultus majestate et ingenii magnitudinem et eximiam Viri sanctitatem statim agnoscis.

Quæ cum ita sint, jam patet, nihil in præsentiarum Episcopis, Seminariis, Lyceis et Academiis hac imagine opportunius exhiberi posse, qua juvenes ad scientiarum pietatisque studium excitari valeant, postquam præsertim Leo XIII, quem Deus longos tueatur in annos, in admirabili Encyclica *Aeterni Patris* declaraverit „rationem ad humanum fastigium Thomae pennis evectam, jam fere non posse sublimius assurgere; neque Fidem a ratione posse plura aut validiora adjumenta praestolari, quam quæ est per Thomam consecuta.“ Eminentissimus Vir Ios. Pecci Cardinalis benigne, pro sua humanitate, indulsit, ut novum hoc suae diligentiae specimen Societas Mutinensis eidem dedicare posset.

Praedicta Imago, subducta tela, deductaque alia quacumque expeditionis impensa, venit gallicis libellis *decem et quindecim*: *tribus autem et viginti*, si desideretur septo ligneo aurato circumducta. In hac altera hypotesi expeditur ferrata via, impensis exportationis committenti relictis.

Pretium vero solvitur per schedulam, quæ italice *Vaglia postale*, gallice *Mandat d' article d' argent international*, germanice vero *Post-Anweisung* nuncupatnr.

Inscriptio Litterarum — Alla Società Litoleografica S. Giuseppe, Via Servi N. 10.

(Italia) Modena

Mutinae, 24 Februarii 1880.

Sacerdos ALOYSIUS DELLA VALLE, Director.

E. Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 3. Martii 1880.

N. 1221.

Historia Theologica et Moralis Terrae Sanctae Elucidatio

commendantur Venerabili Clero.

Hujus Operis meritum et excellentia tanta est, ut verbis nequeat declarari. Si liber quilibet perfectus censetur cum suo titulo respondet; hic, licet juxta temporis stylum mul-

tiplici nec non enucleato titulo exhibeatur, materiem atque doctrinam quae titulum ipsum valde exsuperant, præsefert.

In primis enim omnia ita copiose et erudite in eo pertractantur, ut in palæstinologia omnium librorum facile princeps ab eruditis habeatur.

Et sane inter plusquam auctores octingentos qui post Quaresmium de Terræ Sanctæ rebus scripserunt, si paucos excipias, fere omnes non solum Auctoris nostri Opus summis laudibus celebrarunt, verum ab eo veluti a copiosissimo fonte multa hauserunt, ejusque auctoritate quæstiones plurimas historicas et topographicas enodarunt.

Ex quo patet, perutilem esse hunc librum omnibus qui orientalibus et præsertim Terræ Sanctæ studiis applicantur: geographicis enim ac etnographicis notionibus refertus profunde discutit quidquid ad historiam hujus celeberrimæ regionis pertinet. Terræ vero Sanctae ,statum sui temporis Auctor accuratissime describit, studio ac labore, ut ipse fatetur, tredecim annorum, suaque repetita visitatione et experientia, aliqua etiam addens de Syria et Aegypto.

At non solum Palaestinologis summo in pretio retinendus, sed insuper caeteris qui cupiunt pleniorem Sacrae Scripturae intelligentiam adipisci. Mirum sane est quod quaestiones biblicae perdifficiles et fere inextricabiles ejus auxilio solvantur, quasque celeberrimi ipsi commentatores vel intactas reliquerunt, vel falsis locorum notionibus innixi magis magisque obnubilaverunt; proindeque non solum confert ad jucundiorum S. Scripturae scientiam, sed quod magis est, ad ejus veritatem ultro stabiliendam et vindicandam, atque ad fidei dogmata theologice demonstranda.

Ex quo denique fit quod cum S. Scriptura praecipuus sit fons, ex quo verbi divini praedicatores sua argumenta depromant, ad ea quae fidei sunt et christianae moralitatis populo fideli insinuanda, cumque Palaestina theatrum sit gestorum tum prophetarum, tum ipsius Christi Domini, evidens est ex pleniore et certiore notitia S. Scripturae, ac Terrae promissionis locorum maximum emolumentum sacris concionatoribus hinc exhiberi.

Sed quod magis interest, Auctor summa patientia, in apposito elencho, ordinatissime ex materia ipsa suae tractationis ea omnia collegit quae ad formandas concioues pro quolibet festo die necessaria sunt; exhibens schema cujuscumque concionis, in commodum praesertim eorum, qui in cura snnt animarum, praeter triplicem indicem amplissimum quo opus suum ditavit.

Porro hujusmodi liber quem tanti faciunt eruditi, impressus fuit Antverpiae anno 1637 duobus voluminibus in folio, nec amplius recusus, adeo ut hodie rarissima sint ejusdem exemplaria, nec amplius venalia, licet summo pretio, prostent *).

Illa autem prima editio non tam copiosa fuisse patet ex eo, quod in multis bibliothecis desideratur.

Praeclarissimus Migne illam denuo typis committere optasset, nisi ejus officina typographica incendio periisset; alii vero typographi inutilia desideria patefecerunt, perterriti forsan expensis ob tantam molem voluminis,nam opus complecitur plusquam duo millia paginarum in folio.

*) Paucis ab hinc annis pro uno exemplari solutae sunt 600 gall. libellae.

Verum hodie excito amore orientalium studiorum, auctoque incredibiliter numero eorum qui Palaestinologia delectantur, nostri Auctoris desiderium magis in dies augeri non dubie patet.

Statim enim ac *reimpressionem* alterius hujus generis rarissimi libri, nempe: *Bonifacii de Ragusio, De Perenni cultu Terrae Sanctae* curaverim, cui pro appendice addidi copiosum indicem bibliographicum Scriptorum Terrae Sanctae, non pauci eruditi ex Italia, Gallia, Hispania, Belgia, Anglia, Germania, nec non ex ipsa America, ad novam Quaresmii editionem aggrediendam me excitare coeperunt.

Quibus permotus, eam libenter paratus sum moliri, dummodo sufficientem *subscribendorum* numerum inveniam, qui suo nomine fulcire haud renuant sequens.

PROGRAMMA

Cum editio Quaresmii Antverpiae facta perfectissima undequaque exhibeatur, exceptis paucissimis mendis, hisce expurgatis, ad ejus exemplum novam editionem parare per omnia mihi in animo est, nempe in folio duabus columnis interjecto, cum postillis, animadversionibus et indiculis ad marginem.

Sed utrumlibet volumen Antverpianae editionis plusquam millia paginarum amplectitur, tantaque moles incommodum utentibus parit, ideo mihi utilius videtur totum opus quatuor voluminibus distribuere.

Imprimetur autem charta imperiali ac typis elzevirianis hisce identicis.

Imagines, delineationes, tabulas chartasque geographicas, quae opus illustrant, simillimae cudendas curabo.

Demum cum Auctor in primo volumine de Terra Sancta agat in genere, in secundo vero de ea tractet in specie; hinc fit secundum volumen magis a Palestinologis desideratum iri, quapropter, post publicationem primae partis primi voluminis statim producam primam partem secundi, ultimo tamen loco complendi.

Totum Opus quatuor voluminibus in folio distributum infra annum dabitur subscriptoribus pro libellis (francs) 60, idest, actu receptionis cujuscumque voluminis, subscriptores solvent lib. 15, expensis transmissionis inclusis.

Pro non subscriptoribus pretium totius Operis erit libellarum 70.

Qui Opus cupiunt excellentiori charta impressum duplum dicti pretii solvent.

Recurrendum: ad Commissariatus Terrae Sanctae. — in *Italia*, S. Francesco della Vigna, Venezia. — in *Gallia*, Rue des Fourneaux prolongés, 83, Paris. — in *Belgio*, Quai aux Violettes, 5, Gand. — in *Austria*, Franciskaner Kloster, Wien. — in America Sud, Claustro de San Francisco en Buenos-Ayres, Argentina.

In America Nord ad R. P. Carolum de Nezzano, St. Francis Church, New-York. — in *Hispania*, ad M. R. P. Ramon Buldú, Cale del Pino, 5. bajos, Barcelona.

Venetiis, S. Francisci a Vinea, 5. Aprilis 1878.

Fr. CYPRIANUS de TARVISIO
Commiss. Terrae Sanctae.

ELUCIDATIONIS TERRÆ SANCTÆ LIB. IV, CAP. I.

Juxta Joppen ducenti Judaei a Joppicis submersi fuere. Ibi sæpe habitarunt Machabaei, et illam communierunt. 2 Machab. 12, 4.

Non longe a ruinis Joppes, versus Jerusalem eundo, monstrantur fundamenta et residuum domus Tabithae sanctae illius mulieris, plenae bonis operibus, propter quae a mortuis ad vitam revocata fuit a B. Petro Apostolo. Quo miraculo per universam Joppen manifestato, multi crediderunt in Jesum. Actor. 9, 36.

Post hæc, ut in iisdem Actis, cap. 9. 43 dicitur *multos dies* mansit idem S. Apostolus *in Joppe apud Simonem quemdam coriarium*, cujus domus, inquit Adrichomius, erat sub rupe posita juxta mare, quo loci postea sacellum in honorem S. Petri constructum fuit. In superiori illius domus parte, dum oraret, mentis ecstasim passus S. Apostolus vidit mirabilem visionem. Caelum aperiebatur, et vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submittebatur de caelo in terram, in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terræ, et volatilia cæli, etc. Qua ex visione intellexit Apostolus, Christum non modo Judæorum, sed et Gentium esse Salvatorem; et per ipsum omnes in una Ecclesia, velut munda et immunda animalia in vase uno, conjungendos; quod et experientia postea didicit. In ea domo excepit viros Cæsarea a Cornelio Centurione jussu Angeli missos, ut docet S. Lucas in Actis capite decimo.

Joannes Lorinus in eum Actorum locum ait, longe a portu Joppes monstrari saxum excelsum, super quo Petrus lavans retia sua vocatus sit a Christo ad Apostolatum. Verum ego nec memoratum saxum vidi, nec illius aliquam in partibus istis mentionem fieri audivi: bene tamen saxi alterius, quod cernitur apud Sidonem, quamvis et id frustra dicatur, ut infra lib. VII, capite VIII. peregrin. VIII ostendemus. Quin Lorinum hoc absque solido fundamento adstruxisse arbitror: in Evangeliis enim, ubi fit mentio vocationis Petri ad Apostolatum, indicatur eam alibi fuisse factam, nimirum in Galilaea, et ad mare Galilææ, non hic in Judaea ad mare Mediterraneum. Et quinto Lucae capite, ut notatur in margine a citato auctore, dicitur, *S.* Petrum fuisse secus stagnum Genesareth, quando vocatus fuit: constat vero, hoc stagnum non esse prope Joppen, sed procul inde in Galilaea Provincia, ut videbimus suo loco inferius lib. VII, capit. III, peregrin. v.

Cernuntur denique prope Joppen, eundo versus Jerusalem, nonnullae aedificiorum ruinae et fundamenta, quae aliqua mysteria referre probabiliter credi quidem posset, praecipue cum et nonnulla referantur ab incolis: quia tamen ea haud firmo sed debili prorsus et stramineo nituntur fundamento, data opera praetereo.

CAPUT II.

De Rama civitate, secundo loco memorabili Peregrinationis primae, et de aliis quae in ea observatione digna occurrunt.

Ex Joppe per spatiosam, latam atque fecundam planitiem versus Jerusalem pergunt peregrini, decemque circiter milliarium itinere confecto, ad Ramam civita . . . .

L. 1443.

Potwierdzenie odbioru uzbieranych pieniędzy na rzecz Zakładu głuchoniemych we Lwowie.

Pod dniem 11. Marca 1880 l. 15 otrzymał Konsystorz Biskupi z Dyrekcyi Zakładu głuchoniemych we Lwowie potwierdzenie odbioru kwoty 8 złr. 13 ct. które uzbieraliśmy w Dyecezyi na rzecz wspomnionego Zakładu.

Łaskawym dawcom przesyłamy niniejszem „Bóg zapłać“ i zakład ten świadczący o dobrze pojętéj humanitarności, i na przyszłość opiece P. T. Duchowieństwa polecamy.

Z Konsystorza Biskupiego,
Tarnów dnia 12. Marca 1880.

Wykaz sprawionych rzeczy i przedsięwziętych reparacyj przy kościołach i plebaniach Dekanatu Dąbrowskiego.

Wykaz sprawionych rzeczy przy kościele i plebanii w **Olesnie** od 11. Lipca 1876 do 15. Maja 1878. *(Ciąg dalszy do kurendy V. str. 40.)*

A. W Kościele. W roku 1876. Sprawił ks. proboszcz 3 paski do podpasywania alb przy mszy św. za 1 złr. 95 c., nową trumnę egzekwijną za 15 złr., dywan czarny na katafalik za 30 złr., nadkrycia ceratowe na cztery ołtarze za 15 złr., dywan na schody przed wielki ołtarz za 24 złr., na który to dywan Piotr Morawiec z Cwikowa gospodarz ofiarował 20 złr., zasłonę na ambonę za 8 złr., przeniósł chrzcielnicę ze środka kościoła przełamaną i umieścił naprawioną w stósownem miejscu we framudze przy wielkim ołtarzu, przy czém posadzkę wyrównał za 5 złr., kazał naprawić drzwi wielkie, u których zawiasy żelazne od 4 lat urwane były, oraz wszystkie klucze do kościoła poprzerabiać za 4 złr. 50 cnt. wystawił nareszcie ks. prob. przy mniejszych drzwiach kościoła z desek nowy babiniec, który był nader potrzebny za 30 złr., wartość ogólna sprawionych rzeczy w kościele wynosi 113 złr. 45 c., weszły w to pieniądze za sprzedane korale ofiarne podwójnego gatunku za 28 złr., jako téż ze składek po kościele i ks, proboszcza.

B. Budynki plebańskie, W roku 1876 za staraniem i kierunkiem ks. proboszcza zgodzili się parafianie dobrowolnie, by we własnym zarządzie budynki plebańskie w ruderze zostające, poprawiać; wspólnie rozrachowali koszta, które ks. prob. według podatków na strony konkurencyjne rozłożył. Wszystkie strony konkurencyjne, prócz jednego dworu, złożyły pieniądze, za które ks. prob. nowym gontem pokrył plebanię i dom czeladzki, poprzerabiał wszystkie piece na plebanii i w kuchni, wystawił nową stajnię dla bydła rogatego i wozówkę ze staréj stajni przy stodole. A że zima przeszkodziła dalszéj poprawie budynków, odłożył zatem ks. prob. takową na rok następny. —

A. W Kościele. — W roku 1877. Za brackie pieniądze sprawił ks. prob. antepedium

do ołtarza przenajśw. Trójcy i zasłonę przed najśw. Sakrament (umbraculum) za 70 złr. 52 c., okna w kaplicy przenajśw. Trójcy z dubeltowém szkłem za 50 złr. Za ofiarne pieniądze dał ks. prob. mszał oprawić za 5 złr., i sprawił ofiarną torbeczkę z dzwonkiem (Klingenbeutel) za 3 złr. 50 cnt., dwie komże płócienne za 3 złr. 50 cnt., dziesięć lichtarzy drewnianych za 22 złr., pacyfikał cynowy za 8 złr. 65 c., kazał odnowić dwie statuy do noszenia N. M. P. i ś. Katarzyny za 10 złr., na to wszystko wyszło 173 złr. 17 c. —

B. Budynki plebańskie. — Na wiosnę w 1877 r. daléj prowadził ks. prob. reparacyą budynków w roku 1876 zaczętą. Naprawił jednę wielką stodołę tak, że tylko strzechowy dach stary na niéj pozostał; poprawił stajnię dla koni; kazał pokryć poprawioną piwnicę nowym gontem; oborę na nowo oparkaniono i wszystkie budynki nowym płotem okolono. Reparacya budynkow pleb. w r. 1876 zaczęta, a w r. 1877 ukończona wynosi 1511 złr. 30 c., Tym samym kosztem asekurował ks. prob. przez dwa lata wszystkie budynki pleb.; kazał porobić w śpichlerzu przegrody, a na plebanii pokoiki rozprzestrzenił. Własnym zaś kosztem kazał dla osuszenia pól fosy (rowy) przebrać kosztem 20 złr. W budynki plebańskie i w kwotę powyższą włożył ks. proboszcz własnych pieniędzy do 200 złr. —

C. Przy kościele. — W tymże roku przeprowadzono nową rozprawę konkurencyjną, ale już legalną względem poprawy kościoła, która ma kosztować 1830 złr. i kilka centów. Na rachunek tych pieniędzy dał ks. prob. powałę na kościele; pokrył nowym gontem cały kościół z kaplicą św. Trójcy, jako też i dzwonnicę na nowo obił deskami, pokrył gontem i dzwony osadził na nowych ligarach, pozostaje jeszcze do naprawy wieżyczka sygnaturkowa. Zrobiono to wszystko bez pieniędzy, bo na kredyt i pospieszono się z tą naprawą, gdyż dach kościoła był zbeszniały, że wśród dészczu nie miło było nabożeństwo odprawiać, albowiem woda po murach kościoła i na głowy ludzi się lała a w kościele formalne kałuże stały.

A. W kościele. — W roku 1878. W tym roku ofiarowała JW. Pani Baronowa Ewelina Konopkowa piękną albę własnéj roboty i ampułki z tacką chińskiego srébra wartości do 30 złr. Maryjanna Biedakowna z Olesna zrobiła bardzo piękne kwiaty do ubrania świec wartości 5 do 8 złr. Ks. proboszcz kazał odnowić ramy feretronu Arcybractwa św. Trójcy za 20 złr. Gospodyni Ryczkowa ze Smęgorzowa ofiarowała obrus na ołtarz wartości 3 złr. Pani M. ofiarowała kilka puryfikatorzy, sprowadził ks. proboszcz za pieniądze z ofiar pobożnych parafian duże dwie dalmatyki z Wiednia za 42 złr. Wartość tych sprawionych rzeczy wynosi 98 złr. w. a.

B. Budynki plebańskie. — Ks. prob. kazał pokryć jednę stodołę całkiem nową słomą, która go kosztowała 111 złr. 60 c., od poszywania zapłacił 14 złr. 20 c., co razem wynosi 125 złr. 80 centów.

Z Urzędu paraf. w Olesnie dnia 15. Maja 1878.

Wykaz sprawionych rzeczy do kościoła **w Radgoszczy**, oraz przeprowadzonych restauracyj około budynków plebańskich.

1. Sprawiono w roku 1877 z legatu ś. p. Jana Doroza 13 ławek za 270 złr 10 cnt. 2. Sprawiono obraz Matki Boskiéj do wielkiego ołtarza za 100 złr. wraz złoconemi ramami, na którą kwotę sprzedano za pozwoleniem Wysokiego Namiestnictwa korale za 45 złr., reszta zaś 55 złr. ze składek parafian z przyczynieniem się plebana. 3. Wna pani Kolatorka sprawiła duży dywan za 40 złr. 4. Pleban miejscowy sprawił płaszczyk na puszkę ze Sanctissimum z białego atłasu złotem i pelą jedwabną haftowany za 8 złr. 5. Złożona dotąd na ołtarz nowy wystawić sie mający 260 złr. Przybudowano do plebanii nowy budynek gospodarczy, pokryto całe zabudowanie nowym gnotem, i dano w niem nowe okna, drzwi i podłogi co w drodze konkurencyi kosztowało 1484 złr.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

N. 1260. Rmus et Clmus *Josephus Martusiewicz*, Canonicus Capituli Cathedralis et Professor S. Theologiae, nominatus Praelatus Scholasticus ejusdem Capituli.

N. 1267. A. R. et Clmus *Adam Kopyciński*, S. Th. D. nominatus Professor actualis Theologiae Pastoralis in Instituto theologico dioecesano.

N. 1166. A. R. *Joannes Miś*, Parochus in Odrowąż, decoratus Expositorio canonicali.

N. 65/pr. A. R. *Jacobus Kowalkowski*, Capellanus Monialium S. Clarae Vetero-Sandeciae, decoratus Expositorio canonicali.

N. 66/pr. A. R. *Jacobus Kalisiewicz*, Curatus in Chochołów, decoratus Expositorio can.

N. 67/pr. A. R. *Josephus Oświęcimski*, Parochus in Borzęcin, decoratus Expositorio can.

N. 69. Rmus *Jacobus Rozwadowski*, Decanus Czchovensis et Parochus in Zakliczyn ad Dunajec, obtinuit privilegium Rochetti et Mantoll. cum annulo.

N. 70/pr. Rmus *Josephus Bagier*, Vice-Decanus Oświęcimensis et Curatus in Kenty, decoratus R. et M. cum annulo.

N. 71/pr. A. R. *Michael Paleczny*, Parochus in Radziechowy, decoratus Expositorio canonicali.

Pliis ad aram precibus commendatur anima

Ignatii Remilas, Cooperatoris in Rajcza, qui anno aetatis 30 et sacerdotii 3, Sacramentis moribundorum provisus, pie in Christi Jesu amplexu obdormivit die 13 Martii 1880. **Societati precum adscriptus.**

JOSEPHUS ALOJSIUS,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 19. Martii 1880.

Tarnoviae 1880. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.